facere diſſimulat grauiter poſtea recompēſabit ī tor/
mentis· Qui neſcit modo tollerare uerba tunc euȝ ſci
re oportebit tollerare grauiſſima uerbera ⁊ ardores
horrēdos. Nūc igit̃ o uenerabiles ruſtici ac ceteri lai
ci quicunqȝ tam uiri q̃ȝ femine cogitate nūc de pericu
lo dum agit̃ de periculo· pacem diligite in qua deus
habitat ut deꝰ uobiſcū permaneat nec pro uili re tan
tum dominum repellere uelitis· potius iniuriam pro
ipſo patienter accipite q̃ȝ reddatis· conſiderantes ꝙ
ex mutua contentione infinita peccata oriantur· Om/
nibus ergo modis in ſilentio ⁊ pace uitam hanc bre/
uem trāſire ſatagite· condonantes inuicem ſicut ⁊ deꝰ
in xp̄o ꝯdonauit uobis quatenꝰ de pace ad pacē mi
grare mereamini uobiſcū manente deo pacis ⁊ dilecti
onis in cordibus ueſtris· Cui laus eſt ⁊ gloria per in
finita ſecula Amen·

Decimo debet quilibet fidelis ⁊ timoratꝰ ruſticꝰ
ſollicite ad hoc niti· ut familiam ſuam laudabi
liter regat· quia ut dicit Apoſtolus ad thimotheum.
Qui ſuorum ⁊ maxime domeſticorum curam non ha
bet fidem negauit· ⁊ eſt infideli deterior· Qui ergo pa
treſfamilias ſunt· primo debent ſeipſos inſtituere ne
ſint reprehenſibiles· fidem illibatam uxori ſeruantes
ſobrii prudentes pudici modeſti non violenti non ꝑ
cuſſores non litigioſi non cupidi nō bilingues· nō tur
pilucrum ſectantes· non inhoneſta· nō maledicta uer/
ba loquentes· non deridentes ·ſed compatientes· non
leues ſed legales eſſe ſtudeant· Habeant deinde curaȝ
ſollicitam erga uxores ſuas · vt eas diligant et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diligenter caueant occaſiones diſplicentiarum· nec fa
ciliter credāt illis qui inter ſe diſcordias ſeminare uo
lunt· quia nuncii dyaboli ſunt· Similiter uxor uirum
honoret ⁊ humiliter recognoſcat eum ſibi diuinit⁹ ꝓ
latum· neq₃ cum aliis uiris familiaritateꝫ habeat aut
colloquia niſi pauca ⁊ in tali loco ubi nulla ſuſpicio
oriri poſſit· Timendum ſiquidem eſt niſi mulier cau/
te preueniat uirum eum uenerabiliter tractando tam
uerbis ꝙ̃ aliis ſeruitiis beniuolentie· ꝙ cito antiquus
hoſtis ſeminarium periculoſe diſcordie inter eos mit
tet· Et quamq̃ principaliter in uiro rei familiaris ſa
lus conſtituatur tamen ſine cōiugis fideli adiutorio
ipſe parum aut nihil proficiet· Mulier quoq₃ ſine ui
ri defenſione flebilis creatura eſt· que ſi diligenter am
bo aduertant ꝙ̃ ſcꝫ ſit ipſis mutua dilectio neceſſaria
⁊ mutuum fidele iuuamen· tunc merito quilibet alteri
deferri debet· quia reuera quicquid fit vni eorum ſiue
bonum ſiue malum in alterum redundabit· Hic per
Apoſtolum dicit᷑ ad Collo tercio· Viri diligite uxo
res veſtras· ⁊ nolite amari eſſe ad eas· ¶ Item ad E/
pheſios quinto· Viri debent diligere vxores ſuas vt
corpora ſua· ¶ Qui ſuam vxorem diligit ſeipſum di/
ligit· ¶ Vxor autem virum ſuum timeat ¶ Hec ſi ita
fiant domus ipſorum firma erit· ⁊ ſancti angeli iuua
bunt eos contra omnes incurſus malorum ⁊ florebūt
ſicut vitis ⁊ filii ac filie eorum ſicut nouelle oliuaruꝫ
Multa ⁊ grandia laudum preconia dicuntur in ſa/
cris libris de hac ſancta concordia ⁊ vnanimi fide/
litate coniugatorum adinuicem· ſed exhibitio in re ē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

multo Felicior· Satis in hoc concordant· ꝙ probitas
mulierum omnino ſit prerequirenda in utili regimine
domus· ⁊ Frequenter diſcoli mariti lucrifacti ſunt per
uxores ſenſatas· Hinc Eccle· xxx· dicit᷑· Sicut ſol ori/
ens in mundo· ſic bone mulieris ſpẽs in ornamentum
domus eius· Diſciplina illius datum dei eſt· gratia e
ius delectabit uirum ſuum· ⁊ oſſa illi9 impinguabit·
Gratia ſuper gratiaꝫ mulier ſancta ⁊ pudorata ⁊ mã
data dei in corde eius· Monende ſunt igit᷑ uxores ut
maritos diligant ac propinquos ipſorum honorare
aſſueſcant· quia hoc ſpecialiter uiris acceptũ eſt ⁊ q̃ſi
naturaliter inſitum· cuius nõnunq̃ꝫ aliter ore loquan/
tur· Sanguis etenim ſanguinem tangit· Pariformiter
⁊ uiri propinquos uxorum ſuarum beniuole tractẽt
propter eandem cauſaꝫ· Deinde monẽde ſunt uxores
ut diſcãt Familiam prudẽter regere· gubernare domũ
⁊ ſeipſas irreprehenſibiles exhibere· uerba quoq̃ꝫ car
nalia ⁊ inhoneſta tanq̃ꝫ peſtẽ fugere a quocũq̃ꝫ etiã di
cant᷑· ⁊ ẽ q̃ſi miꝝ dicere· quõ mariti in hoc maioreꝫ in
corde habent ꝯplacentiã qñ uerbis ĩhoneſtis ac geſti
b9 lenociniis a ſuis uxorib9 reprehẽdũt᷑ q̃ꝫ ſi ĩ talib9
plauſibiliter ſibi ꝯſentirẽt· Iſtis ſic p̃ſuppoſitis viꝫ ꝙ
uir ⁊ mulier ſibi mutuo ſint bñ ꝯſentiẽtes tanq̃ꝫ aĩa v
na ⁊ caro vna in dño iã ſpes ẽ de ſalubri ſtatu ipoꝝ
⁊ utili regĩe rei Familiaris· ⁊ alias nõ· Si igit᷑ eis ſint
Filii aut Filie erudiant eos in domino ſecundũ doctri/
nam Apoſtoli ad Epheſi· vi· dicentis· Patres nolite
ad iracundiam prouocare Filios ueſtros· ſed educate
illos in diſciplina ⁊ correctiõe dñi· Et iterũ· Patres
nolite ad indignationem prouocare Filios ueſtros ut

non puſillo animo fiant. Diligenter etiam aduertant
parentes qualis inclinationis ſunt filii. quia nōnulli
ſunt mollis complexionis ⁊ naturaliter uerecūdi. a/
lii duri ⁊ audaces. quidam beniuoli. quidam proter
ui. Et prout ſingulis expedit ita diſciplina moderēt.
Familiam quoqꝫ ita gubernare ſtudeant. ut neqꝫ ni/
mis ſerioſe. neqꝫ nimis blande. ſed medie temperate
ipſis precipiant. Nam regimen nimis durum precipi
tat. ⁊ regimen nimis laxum negligit curam domeſticā
Quod autem temperatum eſt prudenter conſeruat et
fortiter auget prouentus quotidianos. ſicqꝫ fiet ut et
timori aut amori paterfamilias habeat᷑ a domeſti/
cis ſuis. Et quia ſacra ſcriptura dicit. Niſi in timore
dei tenueris te citius ſubuertet᷑ domus tua. ideo ſol/
licite prouidere debet. ut tam famuli ꝗ famule deuꝫ
timeant. ⁊ in preceptis eius ambulent. neqꝫ ſuſtinere e
os in domo ſua debet. ſi in mortalibus peccatis max
ime publicis uiuere non formident. Timendum ſiqui
dem eſt ſꝫm dicta beati Auguſtini. ꝙ paterfamilias
coram deo tenet᷑ rationeꝫ reddere. non ſolum de pec/
catis prolium ſuaꝝ. ſed etiaꝫ totiꝰ familie. ſi ipos nō
correxerit aut diſciplinaꝫ debitam nō dederit. ⁊ ſi o/
pus eſt a ſe penitus non abegerit. ſi contumaces per/
manſerint. Quantum igitur poteſt curam impendat.
ut honeſtam familiam habeat et firmiter confidat in
domino. ꝙ ſi plus talibus largiatur propter eorum
uirtuoſam conuerſationeꝫ. ꝙ plene hoc omnipotens
deus ſibi reſtituat ⁊ hic ⁊ in futuro. Honorifice etiam
⁊ ex induſtria conſilietur cum famulis ſuis maxime
quos prudentiores nouerit quid et quando ſingula

nouerit quicquid ⁊ quando ſingula queqꝫ fieri debe/
ant. Concordant em̄ in hoc yconomi expertiſſimi. ꝙ
familia digne regi nequit niſi cum magna prouiden/
tia. ⁊ precipue ea que ad agriculturam ſpectāt. quia
ad plura reſpicere oportet. Et ideo ubi plurima ſalꝰ
ſperatᷣ. ibi multa conſilia precedere debent. Sunt ꝓ/
inde ſingula aptanda temporibus ſuis iuxta quod
Sapiens dicit. quia oē opus tempꝰ ſuū hꝫ. Eſt enim
tempus plantandi. tempꝰ euellendi. tempꝰ ſeminandi
tempus metendi. tempꝰ arādi. tempꝰ ꝯplanādi. tēpꝰ
fimandi. tempꝰ tribulādi. tempꝰ purgandi. tempꝰ in/
ſtrumēta preparādi. tempus laborādi. tempꝰ quieſcē
di. tempꝰ p̄meditandi. tempꝰ exequēdi. ⁊ ſic de aliis.
Qꝫ ſi in aliquo iſtorum negligentia aut pigricia ſiue
inertia aut imprudentia ſe immiſcuerit. tunc totum re
gimen detrimentum patietᷣ ⁊ damnum ſequetᷣ. Nō ſic
eſt uſquequaqꝫ de aliis officiis mechanicis ꝓut ad o
culum quotidiana experientia edocet. Magna igitᷣ e
uigilantia ⁊ induſtria ruſticis neceſſaria ē ad tā uaria
⁊ pene cōtraria ꝓſequēda. ad que vnꝰ aut pauci nō
ſufficiunt. Vn̄ ⁊ btūs Bernar. utile ꝯſiliū dat hiis q
diuerſis curis grauantᷣ. vicꝫ ꝙ eligere debent aliquē
fidelem famulum cui omnia committant cum aucto/
ritate. ita ꝙ quicquid faciat ſit factuꝫ. quicquid iube
at ſit iuſſum. neqꝫ facile contra talem querelam recipi
ant. Et nihilominus ipſi diligenter aduertant ut ne/
gocia debite tractentur. Qui ſic procedunt proficiēt.
qui autem per ſe cuncta diſponere uolunt. neqꝫ conſi/
liis acquieſcere peritorum tales ſeipſos inutiliter in/
uoluunt ⁊ alios impediunt. familiamqꝫ crebro tan/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

to tedio affligunt· ut ad nihil quod vtile eſt ſuffici/
at· Expedit quoqꝫ famulis ac famulabus ipſis· ſi mo
derate honorentur· ac aliquando de bene actis recō/
mendentur· Nam quando poſt magnos labores ſem
per indignationes reportant puſillo animo fiunt Et
quaſi de ſeipſis deſperati· naturaliter infirmiores red
duntur· nec unqꝫ ad ea que laude digna ſunt conſur/
gunt· Homo autem hilaris ⁊ bone ſpei fortificatur ī
naturalibus ſuis ⁊ ad grandia ꝯfidenter ꝓcedit· ⁊ p̄
cipue quando beniuolenter ⁊ venerabiliter preueni/
tur· Hac practica Julius ceſar vſus fuit· qui ſubditos
ſuos commilitones appellauit· nec unqꝫ eis dolū aut
irreuerentiam exhibuit· quare tanta eos fidelitate ſi/
bi aſtrinxit· ut corpus ⁊ animam pro ſe dare promp
tiſſimi eſſent· Factumqꝫ eſt ut tantorum viroruꝫ ad/
iutorio ſuffultus victor in orbe fieret· Hominis nan
qꝫ animus naturaliter nobilis eſt· ⁊ poteſtati recalci/
trat· ⁊ ideo facilius ducitur q̄ trahitur· Qui autem
beniuolentia non uincuntur obiurgationibus prouo
candi ſunt· ⁊ poteſtate premendi ſi nimis irrationabi
liter laſſati fuerint Vbi eſt notandum ꝙ ſunt quidaꝫ
patreſfamilias qui quadā mala ⁊ inutili clemētia fa
miliam ſuam deſtruunt pro eo ꝙ nulla ſtrennuitate
ad viriles labores eam inſtituunt· nec deſides corri/
piunt· neqꝫ valentes in bona actione ⁊ ordinata die
ta perſeuerare faciunt· ſicqꝫ fit vt nec ſibi nec aliis in
poſterum vtiles ſunt· et eſt reuera magnum malum·
Nam ſimplices ⁊ bone voluntatis homines hac oc/
caſione ſimul in corpore et anima deſtruuntur·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Qui enim ſemel ſacros labores diſſueſcit raro ad eoſ
dem perfecte redibit. Hinc beatus Bernardus ait. Si
dimiſeris ruſticum ne laborem continuet ſtatim mol/
leſcit. Qui ſi laborare ceſſauerit quo merito eternam
obtinebit uitam? Orare neſcit contēplari meditari ſtu
dere legere ceteraqꝫ ſtudia ſpūalis uite ignorat. Et qd
ſibi reſtat niſi ocium? Ocium āt diu rationalis creatu
ra ſuſtinere non poteſt. reſtat ergo ut ſi laborare uoca
tione ſua ceſſauerit ad uicia ruat. ⁊ dyaboli cibus fi/
at. Hec ſunt mercimonia libertatis male. Non ſegnem
quoqꝫ operam idem pater ſanctus cum inclitis fratri
bus ſuis agriculture impendebat. tam pro uirtutibus
acquirendis q̄ꝫ pro quotidiani uictus alimoniis adi
piſcendis. Preterea nedum orthodoxi patres hoc cen
ſerunt. ſed ⁊ gentilium induſtrioſa nobilitas idipſum
luculenter aduertit. Unde apud eos duo ſtatus eſſe
memorantur. qui ſpecialiter ad laborandum ſunt in/
ſtituti. videlicet militaris. ⁊ ruralis. Legitur namqꝫ ꝙ
ſummus ille orbis monarcha Octauianꝰ militibꝰ ſu/
is tantam diſciplinam indixit. ut neqꝫ uſum uel collo
quium feminarum neqꝫ delicias neqꝫ ocium neqꝫ ueſti
tum molliorem ipſis indulſerit. ſed exercitium conti/
nuum cum cibo groſſo ⁊ aſpero indumento. Nam de
licie ⁊ mollior ueſtitus cito virilem animum eneruant.
Eya ubi ſunt hodie quidam milites noſtri ac ruſtici
vbi ſtrēnuitas ipſorum inueniri poterit. Nonne ſunt
lupuſculis timidiores. nōne feminis molliores? Sed
uenerabiles ruſtici praua exempla reſpicere non de/
bent quinimmo ſecundum vocationem ſuam ſem/
per memores ſint. ꝙ ad ſtatum ſanctum ⁊ humilem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ac laborioſum uocati ſunt a domino deo· Et ideo ca
uere debent ne in ueſtitu aut cibo ſiue potu ac ceteris
que ad uſum familiarem ſpectant· aliquam oſtentati
onem ſiue precioſitatem admittant pro certo ſciētes
ꝙ ſi aliter fecerint tam deum ꝗ̄ ſanctos angelos ꝗ̄ e
tiam totum mundum contra ſe prouocant ut auferāt
ea in quibus male delectant᷑· Sit ergo menſa ꝓ quo
tidiano uictu de cibis ſubſtantioſis ⁊ ſimpliciter pre
paratis nō delicatis· quia huiuſmodi cibi delicati fa
ciliter digeruntur ⁊ naturam minus iuuant· Cibus au
tem ſimplex ⁊ ſubſtantioſus ac uniformis naturam
roborat· ſanitatem conſeruat· ⁊ ad laborandum cor/
pus aptat· ⁊ bene in ſtomacho durat· Delicie uero ac
crebre epularum uariationes naturam inflammant ⁊
diſſipāt ac plures egritudines introducūt· Teſtes ſūt
deliciati ciues uiri ac femine ⁊ alii quicunq̧ epulatio
nibus quotidie uacant· quia diuerſis torſionibus et
infirmitatibus grauant᷑· de quibus laboroſi ruſtici ni
hil pene ſciunt· Et eſt utiq̧ mirabile iudiciū dei· quō
illi qui magnum ſtudium pro ſanitate aut conſeruan
da aut acquirenda impendunt cuꝫ tanta precioſitate
epularum raro quod cupiunt adipiſcuntur· Iſti au/
tem qui rugientem ſtomachū uix pultibꝰ ac fabis ſo
lant᷑ ab ineunte iuuentute uſq̧ ad decrepitaꝫ ſenectu
tem ſani cōiter perſeuerant· Si aliud nihil ſciremꝰ me
rito deberet nos a damnabili gula cohibere· Vide/
mus namq̧ ad oculum ꝙ plures gula ꝗ̄ gladio mo/
riunt᷑· Sit deniq̧ ueſtitꝰ de lino crudo aut pāno groſ
ſo iuxta morē patrie adtꝰ ad labores quotidianos·
Pro diebus autem feſtiuis qui habet poteſt uti ueſti

mentis aliquando cultioribus·in quibus tamen om/
nis curioſitas deuitetur· ¶ Mos etiam laudabilis a
pud quoſdam antiquitus ſeruabat͛ vt nuptiarum tē
pore de talibus ueſtibus ſibi prouiderent ⁊ pro die/
bus ſolemnibus ſeruarent uſqȝ ad finem vite· aut q̄ȝ/
diu durare potuiſſent· ¶ Ceterum quia expedit etiam
nonnunq̄ȝ rigorē laxare·ideo olim apud ſanctos pa
triarchas ⁊ dei amicos ſancta conuiuia ⁊ ſolacia fre
quentabantur·quaſi in quoddam preſagium future
illius iocunditatis quam in celeſtibus cum āgelis ha
bituri erant· Sic ⁊ honeſti ruſtici cuȝ familia ſua aut
cognatis ſiue uicinis facere poſſunt certis diebus ſe/
cundum bonam conſuetudinem patrie· In quibꝰ ſem
per cauere debent occaſiones peccatoruȝ·maxime uer
ba maledicta detractoria ⁊ inhoneſta ⁊c· ¶ Conuen
ticula autem illa que fiunt in tabernis· ubi ebrietates
⁊ ſcurrilitates ⁊ cetera mala fiunt omnibus deuȝ timē
tibus cauenda ſunt· ¶ Coriſationes etiam quāuis ex
ſe peccatum non ſint ſi debito tempore ⁊ modo fierēt
a perſonis laicalibus·tamen quia alia uicia frequen
ter ſe immiſcent ideo cautius vitentur· ¶ Illa autem
ſolacia que ſine peccato fiunt debito tempore ⁊ mo/
do non ſolum ſunt licita immo ⁊ meritoria·quia dili
gentibus deum omnia in bonum cooperantur ¶ Stu
deant igitur venerabiles laici quicunqȝ ſic ſeipſos et
familiam ſuam in timore dei gubernare · vt pariter
cum ipſis poſt hanc vitam conſequi mereantur glo/
riam ⁊ leticiam ſempiternam Amen ·